

APPENDIX

AD

PHARMACOPOEIAM

EXTEMPORANEAM.

S 3

APPENDIX

AD

PHARMACOPŒIAM

EXTEMPORANEAM.

23

# A P P E N D I X

A D

## *Pharmacopœiam Extemporaneam.*

### *A Balsamum Nephriticum.*

℞ **O**L. Amygd. dulc. rec. expr. ℥iv. Ol.  
Sem. Papav. albi & Lini rec. expr. ā ℥ij.  
Nucist. per expref. ℥ss. Ol. Petræ ʒv. Bals.  
Copaib. ʒvj. Bals. de Peru ʒij. Ol. Junip. ℥iv.  
Ol. Anisi ʒj. Ol. Vitrioli rectificatiff. ℥j.  
Camph. ℥ij.

Agitentur simul in Vitro capaci donec insigniter calefiant, & nigrum colorem acquirant: cessante calore digerantur in M.B. per duos dies, sæpiùs materiam agitando; deinde ad usum reponatur.

Sed citiùs hæc misceri possunt, parum calefaciendo Olea in M.B. donec unita sint; & deinde guttatim tepenti Oleo affundendo Oleum Vitrioli, donec omnia Olea fuerint unita.

A Præstantissimum hoc Balsamum valdè efficacax reperitur in Renum doloribus. Cataractas enim Renales reserat, Ureteres glabros reddit; Calculos, & Urinam provocat. Morbis Pectoris medetur; Expectorationem promovet, Tuffim sedat.

Dosis à gt. x. ad Lx. cum Syrupo de Alth. vel Dec. Pectorali.

### *Bolus Hystericus.*

℞ Castorei, Assæ fæt. ā ℥j. Croci gr. iv.  
Sal. Succini gr. vj. Laud. Londin. gr. ij. Ol. Succini

S 4



cini gut. i. Syr. de Artemif. q. s. m. f. Bolus  
vesperi sumendus:

Ad Colicam Hystericam.

*Decoct. Catechu simpl. ℥j.*

℞ Pul. Ter. Japon. ℥ij. coq. in Aq. font.  
℥j. ad ℥xij. per subsidentiam depur. adde Aq.  
Cinnam. fort. Syr. Cydon. (vel è Rosis ficcis)  
ā ℥ij. m.

*Decoctum Fracastorii tenue.*

℞ Diascord. ℥ss. Coccinel. ℥j. coquantur  
(ad duas tresvè ebullitiones) in Aq. font. ℥j.  
sub finem addendo sacch. alb. ℥ss. col. per  
pannum Wallicum adjice Aq. Cinnam. ℥ij. m.

Sit in potum ordinarium, in Febribus mali  
moris, cum Diarrhœâ.

*Decoct. Rosati ℥ij.*

℞ Conserv. Ros. rub. ℥ij. Passular. de Ma-  
lagâ ℥i. Glycyrrh. Sem. Melon. ā ℥ss. Aq.  
Hord. ℥iij. coq. ad ℥ij. & col.

Rectè præscribitur quando tenue salsum &  
acre Serum è glandulis exudans, Asperam ar-  
teriam, & Pulmones irritans, Tussim quidem  
vehementem excitat; sed tamen omnem ex-  
creandi expuendique conatum eludens, facile  
Pulmones exulceret, & Phthisin inducat.

*Elect. Corinthiaci ℥iv.*

℞ Rhabarb. elect. subtiliter comminuti  
℥ss. Uvar. Corinth. mundat. ℥iij. Syr. è Ci-  
chor. cum Rhab. ℥ss. Ol. Anisi gut. ij. diligen-  
tè contundendo exactè commisceantur, & f.  
Elect. pro octo dosibus matutinis, quibus su-  
perbibatur haustus Cerevisiæ Scorbuticæ, cum  
Elix. Propri. gut. xx.

*Elect.*

*Elect. de Menthâ.*

℞ Conserv. Menthæ ℥iv. Ol. Cinnam. gut.  
iv. Ol. Garyoph. gut. ij. Ol. Anisi. & Absinth.  
â gut. i. m.

Vomitiones fistit; Cibi fastidia discutit; Ap-  
petentiam invitat; Concoctionem adjuvat; Ru-  
ëtus nidorosos corrigit; dissolutumque Ven-  
triculum astringit, & corroborat. Sed Con-  
ceptioni resistere creditur. De quo tamen ipse  
dubito.

*A Elect. Peruv. Astringentis ℥iv.*

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥i. Bals. de Tolu,  
Terr. Japon pul. â ℥i. Syr. Boylean. q. s. m. f.  
Elect. pro x. dosib. fumendis bis vel ter in die,  
superbibendo cochleare unum, vel alterum  
Aq. Plantag. vel Limacum.

A Specificum est, & valde efficax Antido-  
tum contra Sputum sanguinis: nam Vasa ru-  
pta, & aperta consolidat, atque quasi her-  
meticè sigillat, absque periculo Ulceris Pul-  
monum, quod post alia Remedia assumpta  
frequenter accidit, cum damno ægrorum ir-  
reparabili. Post Phlebotomiam debitam, Fe-  
bres etiam Hecticas colliquativas sufflaminat.

*A Elect. Peruv. Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pul. ℥vi. Rad. Serp. Virgin.  
pul. ℥ij. cum f. q. Syr. fl. Pæon. vel Pæon.  
comp. f. Elect. molle.

A Antiepilepticum præstantissimum, & cer-  
tissimum pharmacum existit; uti Experentiâ  
me edocuit.

A Si (post debitas evacuationes) Adultis ℥i.  
& alijs minor dosis mane & vesperi per 2. vel

S 5

4. Men-



4. *Menses exhibeatur: & postea per triduum, vel quattriduum ante Novilunium, & Plenilunium, Morbos Epilepticos, & Hystericos penitus eradicat; atque etiam Saltationes Epilepticas istas, dictas choreas Sancti Viti; in quibus mille gesticulationibus, & saltationibus ridiculis ægrotantes divexantur, more Tarantulorum, à Tarantulis in Apuliâ ictorum; quemadmodum Ingeniosissimus Medicus Romanus Dr. Baglivus olim observavit. Et etiam si laudatus Author accuset Corticem tanquam causam Obstructionum Mesaraicarum incurabilem, & Februm Hecticarum; nunquam mihi observare licuit tale effectum, si Corpus & Remedium debite præpararentur.*

*Sed fateor sanè, in Febris Continuis, Malignis, Petechialibus; in Ictero; in morbis Puerperarum Lochiis fluentibus, exitiale audit.*

*Eleosaccharum Cardiacum.*

℞ Ol. Cinnam gut. vi. Croci, Moschi, Ambr. grif. ā gr. iij. Sacch. gr. xiv. m. f. pulv. in vi. doses divid. & in vehiculo idoneo sumendus.

*A Elixir Anodynum.*

℞ Camph. Myrrhæ, Croci ā  $\frac{3}{4}$ ss. Rad. Contray. Garyoph. aromat. ā  $\frac{3}{4}$ i. Opii  $\frac{3}{4}$ ij. Sp. Vini (rectif. sine destill. infra descripti)  $\frac{3}{4}$ xx. m. Dig'erantur simul in fimo Equino per sex septimanas; deinde supernatans liquor à sedimento separatus usibus dicendis reservetur.

*A Optimum est Elixir, ad dolores Colicos, & Nephriticos tollendos. Venenis resistit, Sudores excitat; uti sæpe observavi, dum Lugduni Batavorum operam studio Medicinæ navabam.*

vabam. Dosis à gut. v. ad xx. in vehiculo idoneo.

*Elixir Catharticum.*

℞ Sennæ ℥vj. Rhab. ℥ij. Glycyrrh. ℥iss. Sem. Anisi, Carui à ℥i. Coccinellæ ℥i. Croci ℥ss. Sp. Vin. Gall. ℥xij. Aq. Mirab. Cinnam. à ℥ij. post debitam infusionem col. & adde Syr. Ros. Sol. ℥ij. m.

Dos. cochl. ij. vesp. & iij. mane sequenti.

*A Empl. Plenriticum.*

℞ Empl. Paracelsi, de Sapone à ℥i. Ungu. Popul. ℥iss. Camph. ℥iij. m. liquefiant lento igne perpetuò agitando cum Spatulâ : quando frigescere incipit addatur Camphora & fiat Empl. molle, quod valde anodynum dolores Pleuriticos, & Podagricos placat. Tumores Inflammatorios & Anginam dissipat, absque periculo repercussionis.

*Empl. Volatile.*

℞ Terebint. Venetæ puræ ℥i. agitetur in mortario, & sensim affunde Spirit. Sal. Armon. ℥i. continuò agitando, donec in crassamentum album (instar Emplastri) coeant.

Tenacitèr adhæret; intimè penetrat; partes calefacit; fibrillas invigorat; Spiritus exagitat; Ductus carneos, nerveosque referat; colluviemque impactam discutit, evaporare facit.

*Emulsio Brunneri.*

℞ Gum. Ammon. ℥iss. dissolv. (in mortario) in Aq. Hyssop. frigidæ ℥iv. & Vin. Rhen. ℥ij. col. sit pro duobus haustibus.

In Asthmate extremum, & nunquam fallens



Jens remedium habetur. Tantâque efficaciâ à suffocatione liberat, ut præclarius non viderim, inquit Author Consil. 34.

*Fotus Astringens.*

℞ Cort. Querc. ℥ij. Cort. Granat. ℥ss. Flor. Balauft. Ros. rub. ā Mi. coq. in Aq. ℔iv. ad ℔ij. col. adde Vini rub. Lisbon. ℔ss. m. Ad di potest Alumen ad ℥ij. vel ℥ss.

Fibras laxatas corrugat; Tonum firmat, Poros externos, & Meatus internos coarctat; Humorum fluxum prohibet, & aliud repellit. Valet in Inflammationum primo stadio, dum adhuc fiat Influxus, vel dum materia sit remeabilis; in Tumoribus Oedematosi; in Vomitu; Diarrhœâ; Fluxu Mensium, vel Hæmorrhoidum immodico; Uteri, vel Intestinarum prolapsu, & Herniâ, sc. post Intestini repositionem.

*Haustus ad Febrem Vulnerariam.*

℞ Aq. Lact. Alexit. ℥iiss. Theriacal. Acet. ā ℥vj. Ocul. Cancr. subtil. pulv. ℥ij. Antimon. Diaphoret. ℥i. Sacch. candi albi ℥ij. Ol. Terebint. gut. iv. m.

*Hydromel cum Cerasis.*

℞ Aq. f. ℔xij. Mell. ℔ij. ad perfectam despumationem coctis adjice Succis Cerasor. acidulor. ℔ij. rursus bulliant parum spumam accuratissime auferendo.

Saporis erit jucundissimi, & pro potu ordinario inserviat.

Eodem planè modo conficies è succo Citri, aliisque Succis gratis & acidis inquit Dr. Lasher.



*Julapium Epilepticum.*

℞ Cort. Peruv. pulv. ℥vi. Rad. Serp. Virgin. ℥ij. Aq. Ceraf. nig. & Flor. Tiliæ ā ℥viiij.  
Aq. Rutæ, Galegæ ā ℥iiij. Pæon. comp. ℥ij.  
Tinct. Epilept. (infra descr.) ℥iiij. Syr. Pæon.  
comp. ℥iiij. m. f. Julap. Sumat patiens ℥iiij.  
mane, & vesp. ante Plenilun. & Novilun. vitrum agitando.

Titulus vires indicat.

*Julapium Moschatum Infantum.*

℞ Aq. Ceraf. nig. ℥iiss. Pæon. comp. ℥ss.  
Sp. Lavend. comp. gut. xij. Moschi (cum Sal. CC. gr. j. & Sacch. candi albi ℥iss. optimè super porphyritem lævigati) gr. vi. Margarit. lævig. ℥i. m.

Dentur ℥ij. vel ℥iiij. ter in die, vel sæpius Infantulo recens nato contra Convulsiones; atq; ità plus, pro ætatis ratione, bimulis, trimulivè Tussi convulsivâ vexatis.

*Julapium de Sedo.*

℞ Aq. Sperm. Ranar. ℥viiij. succi Sedi depurati, Syr. Limon ā ℥ij. m.

Potenter refrigerat; ebullientis Sanguinis æstum coerces; Ventriculum ferventem recreat; Sitimq; Fauciumq; ardorem alleviat.

*Lavamentum Hydropicum.*

℞ Sp. Vini rectific. ℥iiij. Sp. Lavend. ℥i. Pil. Coch. maj. ℥ss. Opii crudi ℥ij. m. pro Lavamento.

Per

Per se usurpari potest; vel. (quod melius) misceatur cum æquali quantitate Ol. Fl. Sambuci per Infus.

Efficax habetur Remedium contra Tumores Aquosos; Abdomen puerorum tumidum; & Pedes Hydropicè tumefactos; si benè inungantur Partes, coram igne luculento, bis in die. Neq; ullum erit Gangrænæ periculum ex hujus usu; quoniam (ob particulas spirituosas) calorem nativum fovet; Poros partium aperit; & Lympham viscosam stagnantemq; aut expirare facit; aut circulanti sanguini restituit.

*Linimentum Foelis.*

℞. Æruginis ℥i. Mellis Ros. ℥i. Aceti ℥ss. ad Aceti consumptionem coquantur, usq; per se refrigeratis admisceantur pul. Aluminis ussi ℥ij. Mastic. Thur. Myrr. à ℥i. m.

Ad Gingivas ulcerosas, & putridas, post lotionem cum Gargarismo (è fortioribus, & putredini resistentibus parato) petia huic intincta partibus aliquoties applicetur.

*Masticatoria.*

℞. Pul. Rad. Pyreth. ℥ss. Mastich. ℥ij. Ol. Garyoph. Origani à gut. iij. Oxym. Scill. & Ceræ à q. s. f. f. pilæ justæ magnitudinis.

Convenient in Catarrhalibus Capitis, & vicinorum locorum affectibus; item in Uvulæ prolapsu, Dentium doloribus. Licet non immediatè evacuant è Cerebro, quia tamen lympham evacuant, & à Cerebro avertunt, secundariò opem ferunt in Cephalalgia, Hemicrania, Apoplexia, Paralyfi, Lethargo, &c.

Sæpè



Sæpè etiam Sternutatoriorum vicarij sunt, ubi ea minus tuta sunt; & nihilominus feri uberioris evacuatio per Nares, aut loca vicina immediatè institui debet.

*Mel Passulatum juxta Mayerne.*

℞ Uvar. Passarum ℥iv. Aquæ ℥xij. Mace-  
rentur horas 24. deinde coq. ad remanentiam  
tertiæ partis: col. & colatura decoquatur ad  
mellis consistentiam.

*Mistura Balsamica Nephritica.*

℞ Bals. Copaiv. ℥ss. Ol. Junip. chym. ℥ss.  
Vitel. Ov. N° ij. Syr. de Alth. comp. ℥iiss.  
Aq. Persic. ℥x. m.

Nobilissimis donatur viribus; valet enim ad  
Ulcera interna sananda; ad Arthritidem; Dor-  
si debilitatem & dolorem; Fluorem album, &  
Gonorrhœam. Urinam ciet; & Calculos tam  
ex Vesiculâ felleâ, quam ex Renibus pellit, uti  
nuper, non sine stupore per experientiam edo-  
ctus sui exemplo cujusdam Artificis in hoc Op-  
pido sc. Peters-Fieldia degentis, qui doloribus  
Nephriticis & Colicis horrendis excruciatu-  
s, in motus Convulsivos omnium membrorum  
tam fortes incidit, ut à plurimis robustis viris  
in Cathedrâ suâ detineri non potuit. Pensitatis  
morbi Symptomatis, Salia volatilia, & Reme-  
dia Antiepileptica fore inutilia credidi; ergo  
propinare misturam laudatam in animum indu-  
xi. Assumptis plurimis cochlearibus, Urinæ  
(cum sabulo arenoso) magnam quantitatem  
reddidit, atq; varios Lapillos Capparum ma-  
gnitudine per anum excrevit; qui procul dubio  
per

per ductum Biliarium ex Vesiculâ Felleâ descendebant : atq; itâ pristinæ sanitati fuit (plaudentibus Amicis) restitutus.

2. *Mist. Colica.*

℞ Aq. Ment. ℥ss. Cinnam. fort. ℥iss. Elix. Propriet. tartarifari ℥i. Ol. Junip. gut. ij. Rhab. pul. ℥j. (vel ℥ss.) Sal. Ablinth. ℥ss. Spir. Sal. Armon. gut. xv. m. f. haustus.

*A Mixture Pleuritica.*

℞ Aq. Hyssopi ℥ij. Fœnic. ℥i. Epidem. Theriacal. Still. ā ℥ss. Ocul. Cancr. pulv. Bezoard. Mineral. ā ℥i. Sp. Sal. Armon. gut. xv. Laud. Opiat. gr. ij. Syr. è Succ. Flor. Papav. errat. ℥i. m.

Post Venæsectiones debitas, Pleuritidi convenit; Dolorem punctorium, & Tussiculam tollit: æger sumat cochl. unum, alterumvè singulis horis.

2. *Pil. Chalybeate Purgantes.*

℞ Gum. Ammon. (mediante Vino Rheno depurati) ℥ij. Vitrioli Martis (ad levem rubedinem calcinati) ℥ss. Scammon. sulphurati ℥x. Ol. Ment. gut. xij. Syr. de Spinâ Cerv. q. s. m. f. Massa.

In Melancholiâ Hypochondriacâ, Cachexiâ, & Obstructionibus pertinacibus conducit.

Dosis à gr. v. ad ℥i. Præstat enim sæpius minor dosis.

*Pulv.*



*Pulv. Cephalicus.*

℞ Pul. de Guttetâ, Cinnab. nativ. præp. ā  
 ʒiſs. m. f. pul.

Pulvis de Guttetâ hic intelligitur, qui apud  
 Cl. Theod. Mayerne in cap. de Epilepsiâ de-  
 scribitur, & multis parasangis excellit Riveria-  
 num, quem infra vide.

Pulvis hic est specificus in Morbis Convulsi-  
 vis, Vertigine, Gravedine Capitis, & Cepha-  
 lalgia.

Observatio est notatu digna Dolores Capitis  
 pertinacissimos, & fere ad Maniam accedentes  
 (irritis aliis Remediis) solo Pulvere de Gutte-  
 tâ ad ʒi. exhibito cum Brodio floribus Primu-  
 læ veris alterato; vel Decocto Betonicæ, aut  
 foliis Theæ feliciter cessisse.

Memorabilis est Historia Puellæ celebriſſimæ apud  
 nos, quæ Canem rabidum, & scabiosum pro  
 lecti socio admisit, exindeq; effluviis morbidis  
 ex cane emanantibus, & forsan salivâ venenatâ  
 contaminata, motibus convulsivis correpta est,  
 Hydrophobiâ laboravit; & (mirum dictu) no-  
 cte dieq; instar Canis involuntariè latravit. Plu-  
 res Medicos consuluit; & inter alia Remedia  
 hunc pulverem sumpsit cum aliquo emolumen-  
 to, & postea pristinam sanitatem recuperavit.

*Pul. de Guttetâ Mayeronii.*

℞ Rad. Pæon. Mar. Sem. ejusdem, Succini  
 albi præp. Crystalli rupis præp. CC. vitriola-  
 ti ā ʒiij. Cran. Hum. vitriolati, & crudi ā ʒiſs.  
 Cal. aromat. Visci quer. Ras. ligni Buxi ā ʒiſs.  
 Coralli rub. Corallinæ, Rad. Valerianæ Sylv.  
 T Spon-

Spongiæ Bedeguar  $\bar{a}$   $\text{zij}$ . Nuc. Mosch. Fl. Lavend.  $\bar{a}$   $\text{zi}$ . Secundinæ Mulier.  $\text{zj}$ .  $\text{zvi}$ . &  $\text{ði}$ . Ambra grif. pro quâq; unciâ  $\text{ði}$ . Fol. Auri & Argenti minutim concif. N<sup>o</sup> xxiv. m. f. pulv. Dos. à  $\text{ði}$ . ad  $\text{zij}$ .

*Pul. Nephriticus.*

℞ Rad. Apii, Saxifrag.  $\bar{a}$   $\text{zij}$ . Ocul. Cancr. præp.  $\text{zi}$ . Tart. Vitriolati, Lap. Prunel.  $\bar{a}$   $\text{ðij}$ . Crem. Tart.  $\text{ðiv}$ . Ol. Junip. gut. iv. m. f. Pulv. Urinam promovet; Calculum pellit; Menses movet &c. Dosis à  $\text{ði}$ . ad  $\text{zi}$ . in Dec. Rad. Althææ.

*Pul. Ocul. Cancr. comp. zij.*

℞ Ocul. Cancr. subtil. lævigat.  $\text{zi}$ . Crem. Tart.  $\text{zfs}$ . Sal. Absinth. Sal. Prunel.  $\bar{a}$  gr. xij. Sal. Succini gr. vi. m. f. pul. in vi. doses dividendus, bis terve in die exhibendas.

Sanguinis & Viscerum fermenta ferè deperdita restituit; Cruoris liquorem fundit; materiæ Febrilis secretionem promovet; & velut præcipitando, versus Emunctoria deturbat.

*Sal Volatile Sudoriferum.*

℞ Sp. Theriacal. Camphorati  $\text{zxx}$ . Sp. Vitriol. volat. Sulph. rectific.  $\bar{a}$   $\text{ziii}$ . Sp. Tart. subtil. Sp. Sal. Armon.  $\bar{a}$   $\text{ziii}$ . m. Diger. simul 3. dies in M B. Deinde destillantur ferè ad siccitatem. Spiritus arctè in vitro clauso reservetur.

Præter alios usus, Menstruum est nobilissimum, quo paratur Tinctura Epileptica infra descripta.

*Spi-*



*Spiritus Antiscorbuticus.*

℞ Cort. Guaiaci ℥vij. Cort. Aurant. ℥v.  
 Bāc. Junip. ℔i. Sem. Dauci vulg. ℥vi. Sacchari ℔vi. Aq. com. ℔. L. Fœcum Cerevisiæ q. s. fermententur simul 12 dies; postmodum adde Sem. 3. calid. major. ā ℥i. deinde peractâ fere fermentatione, adjice Herb. Cochlear. Mxij. Becab. Mij. Nasturt. aq. & Indici ā Miv. Rad. Raph. rust ℥ij. Lig. Sassafr. ℥ij. postea fiat Destillatio, & Rectificatio s. a.

Titulus demonstrat vires. In Scorbuto frigido convenit. Acidum infringit; Flatus discutit; &c. Dosis à ℥i. ad ℥i.

*Sp. Vini rectificatus sine calore.*

℞ Sp. Vini com. ℥x. Sal. Tart. opt. calcinati ℥iv. m. Agentur simul in vitro, ita sensim Phlegma diluit illa salia, quibus deinde oneratum, suâ gravitate, ad fundum præcipitatur, supernatante spiritu limpido leviter flavescente. Spiritum hunc per decantationem separatum iterum atq; iterum cum Sale Tartari permisce, & agita, donec Sal nulli Phlegmati occurrens siccum in fundo remaneat, spiritu limpido (instar Spiritûs Vini rectificati per destillationem) supernatante.

Multò præstantior est Spiritus, quàm Sp. per destillationem rectificatus, quoniam acuatus est particulis Salinis, quæ poros simplicium referant: Ergo melior ad Tincturas Cinnam. Castor. Myrrhæ, Aloes, Croci &c. extrahendas.

*Suffitus ad Ani procidentiam.*

℞ Thuris Masc. Succini Garyoph. ā ʒss.  
Flor. Ros. rub. Balauft. ā ʒij. f. Pulv. crassus,  
cujus accensi fumus per fellam perforatam ac-  
cipiatur.

Ita usus & consuetudo voluerunt; quoad me  
verò, vix animum adduxi, ut credam Fumum  
Balauftiorum, aliorumvè quorumvis Astrin-  
gentium Vegetabilium, vim astringentem re-  
tinere posse.

*Suffitus ad Uteri prolapsum.*

℞ Scarabeor. ʒij. Pellicul. Anguill. minu-  
tim concis. ʒi. f. pulv.

*Syr. de Ammoniaco noster.*

℞ Gum. Ammon. non col. ʒss. dissolve su-  
per Syr. Alb. ʒxi. sensim illi commisceantur  
f. a.

Si loco Syr. Albi, usurpetur Syr. è Flor. Di-  
gitalis, dicetur Syr. Asthmaticus.

Validissimè incidit, tenuat, detergit, expur-  
gatq; Pulmones; Strenuè confert inveteratis af-  
fectibus crassæ, lentæque pituitæ ortum debent-  
tibus. Tussi laboriosæ, Empyemati, quin eti-  
am Peripneumonix, & Pleuritidi jam incli-  
natæ occurrit. In Asthmate verò specificè opem  
ferre perhibetur.

*Syr. Balsamicus.*

℞ Bals. Tolut. ʒvi. coq. (non despumando)  
in Aq. font ʒxx. ad ʒxij. tunc adjice Sacch.  
de-



depuratissimi h̄j. & sine ulteriori coctione f.  
Syrupus qui cūm refrixerit coletur.

*Syr. de Myrrhā.*

℞ Myrrhæ zij. (vel ad summūm ℥ss.) te-  
ratur cum Sacch. candi rub. ℥iv. fiat in Albu-  
minibus Ovorum dissolutio eodem modo ac  
paratur Ol. Myrrhæ per deliquium.

Optimus est ad Tussim inveteratam, Asthma,  
& Ulcus Renum.

*Syr. ad Tussim Convulsivam.*

℞ Musci Quercini Pulmonar. Miv. Rad.  
Symp. maj. ℥vi. Passul. Sol. exacin. ℥ij. Gly-  
cyrrh. raf. ziiij. Bals. Tolut. zij. Coq. in Mul-  
sā ad h̄ifs. & cum Sacch. q. l. f. Syrupus ad-  
modum crassus.

Celebris & efficax est contra Tusses clango-  
fas, & convulsivas Puerorum (Anglicè Hoo-  
ping-Coughs) si cochl. j. vel ij. propinetur sæ-  
pè in die ante & post singulos tussendi cona-  
tus. Vel in Aq. Puleg. vel Decocto Pectorali,  
per aliquot dies.

*Tab. Peruviana Antihæctica.*

℞ Pul. Cort. Peruv. ℥ifs. Bals. Copaiv. zij.  
Sacch. Ros. (in Aq. Absinth. dissol.) ℥viij. cum  
Mucilag. Gum. Tragac. f. Tabellæ f. a. adeo  
ut singulæ ponderent zij.

Vescatur unâ quater in die, superbibendo  
℥iv. Dec. Pect. parati ex magnâ quantitate Fol.  
Tussilag. Hed. terr. Musc. Querc. &c.

Forma Tabellarum ægrotis est gratissima,

T 3

quando

quando debemus æq; militare contra Ægrotantium Opiniones, ac ipsum Morbum. Febres Hæcticas, Tuffes Phthificas, Dyspnœam, & reliquorum ejusmodi Symptomatum satellitium superant; præmissâ venæ sectione, si opus fuerit.

*Tinct. Epileptica.*

℞ Castor. opt. ℥ss. Succini flavi in tenuiss. pulv. redacti, Croci Angl. ā zij. Fl. recent. Lil. Convall. ℥i. his affund. Sal. Volat. Sudorif. supra descript. ℥x. digerantur absque calore per 6. dies in vitro clauso: postea filtretur tinctura, vel decantetur à fœcibus.

Epilepsiam, & Hystericam passionem, instar miraculi penitus eradicat, si ante & post paroxysinum propinetur, & repetatur ante Novilunium, & Plenilunium. Dosis à ℥i. ad ℥i. in Aq. Ceras. nig. Fl. Tiliæ, vel Julap. Cephalico.

*Tinctura Martialis.*

℞ Salis Martis Riverii (in Cap. de Melanch. Hypoch. descripti) Tartari solubilis ā ℥ss. exponantur Aeri frigido donec in deliquium abeant; deinde adde Croci Anglici opt. zij. & affunde Aq. Cinnam. fortis ℥viij. stent in digestionem frigidâ in vitro benè obturato per plures dies; deinde filtr. pro usu.

Efficax est ad Palpitationem Cordis, Melancholiam Hypochondriacam, Cachexiam, Menses obstructos, Cardialgiam, si detur cochl. j. mane, & vesperi, in Vino Albo, vel Canarino per 40. vel plures dies.

Aliquando in Ventriculi, Lienis, & Uteri affe-



affectibus inveteratis, & pertinacibus. Vinum chalybeatum exhiberi debet per annum integrum.

*Trochisci Paralytici.*

℞ Sacch. alb. ℥i. Sp. Lavend. comp. gut. 60.  
Ol. Rorifmar. gut. iv. Mucilag. G. Tragac. q.  
f. f. Troch. parvi.

*Vapor Emmenagogus.*

℞ Scoriarum Reguli Antimonii pulv. ℥iv.  
coq. in Lixivii cinerum saturati q. f. ut extra-  
hatur rubedo, col. ℥iv. admisce Vini Malva-  
tici ℥i.

Hujus mixturæ cochleare unum, alterumvè  
super filices ignitos affundatur, & patiens fu-  
mum ascendentem excipiat.

Hoc faciendum tamen justo tempore; &  
Menses profiliant (inquit Hartman. cujus hoc  
est Experimentum) prospero cum successu. Po-  
tentius verò agitur (ait Zwelfer) si illa uteri  
vaginæ syringe injiciatur.

I. *Vinum Hydropicum.*

℞ Cort. Ebuli, Rad. Irid. Florent. ā ℥ij.  
Cort. inter. Alni nigræ bacciferæ exsic. ℥iiss.  
Rad. Enulæ Camp. Scill. ā ℥iss. Bac. Junip. ℥iiss.  
Rad. Jalap. ℥iss. Helleb. nig. ℥ij. Fol. Sennæ  
℥ij. Sal. Absint. Div. Vini albi ℔iv. Digerantur  
frigidè per aliquot dies, deinde filtrentur.

Vinum planè excellens existit contra Hydro-  
pem Anasarcam; nam Lympham viscosam in  
partium poris, vel circa Valvulas lymphaticas

hærentem, & rupturam Vasorum minantem incidit, attenuat; & postea per Renum Cataractas præcipitat; nec-non per Sedes evacuat.

*Ung. ad Lac Repellendum.*

℞ Alum. pulv. ℥ss. Butyri ℥ij. Ceræ ℥ij. m. f. a.

*A 2. Ung. Pleuriticum.*

℞ Ung. de Alth. ℥i. Ol. Amygd. dulc. ℥ij. Camph. ℥i. Sp. Sal. Armon. ℥i. m. f. Ung.

Dolores Pleuriticos, & Podagricos placat, & tollit, si ungetur partibus dolore affiētis; quoniam poros valdè penetrat, & particulas acres stagnantes vel obtundit, vel dissipat; & extravasatas massæ sanguineæ circulanti restituit.

Per Experientiam didici quid Spirituosa cum Unctuosis mixta, doloribus optimè medeantur, non ita sola Spirituosa.

*Ung. Stomachicum.*

℞ Terebinth. Ven. Spir. Sal. Armon. ā ℥i. Ceræ, Ol. Junip. ā ℥ij. Ol. Garyoph. ℥i. Ol. Menth. ℥ij. Ol. Absinth. ℥i. m. f. a & f. Ungu. elegans & nobile.

FINIS.

IN-